





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-329915-p0002-7

DFG

55. 1591,2  
185  
2

*Disputatio* p. 266

# DE IURE E M- PHYTEVTICO,

Ad quam  
Auxiliante Deo Opt. Maxi-  
mo, Præsidente FRIDERICO DASY-  
PODIO I. V. D. & professore publico in inclyta  
Academia IVLIA,


*publicè respondere conabitur*

VVILHELMVS BOKELIVS junior.

*Habebitur II Marij mane hora 6.*



HELMSTADII  
Excusa per Iacobum Lucium, Anno 1591.





## Epigramma

AD VVILHELMVM BO-  
KELIVM, IOHANNIS DOCTO-  
ris medici & Philosophi filium, affinem  
suum carissimum.

**S**Vescite Bokelio iuuenes de sanguine nati  
Arte nouum stirpi conciliare de-  
cus.

Præluxere suo maiores nomine vobis,  
A grauitate illa degenerare nefas.  
Iacta tibi fausto est iuuenis cultissime ductu  
Alea, & ad laudes area lata patet.  
Perge, Deo ducente, patrem proauumq; de-  
Qua licet & fas est æquiparare stude. (core

*Henricus Meibomius, Poëta coronatus & Acad.  
IVLIAE professor publicus.*

## Thesis I.



Mphyteusis, quæ ἀπὸ τῆς ἐμφυτεύειν dicitur,  
est contractus iuris ciuilis, a nominatus, b  
stricti iuris, c quo dominus, prædium uten-  
dum, fruendum emphyteuticario concedit,  
ea lege, vt id melius & cultius reddat & cer-  
tam annuam pensionem præstet d.

- a l.i.C de iur. Emphyt. V Ves. in parat. ff. cod. n. 2. Alcsat. ad. l. 10. ff. do
- b V. S. Dn. præc. Borch. in tract. feud. c. 3. n. 3.
- c Angel. ad l. i. n. 1. Iason. ibid. n. 69. Sich. n. 46. E commun. dd. C. cod.
- d Sichard. in d. l. i. n. 46. C. de iur. Emphyt.
- e Interpp. ad § ad eo Inst. d. locat. E conduct. Cui. in c. vnic. qui successo-
- f zen. Dn. præc. Borch. in tract. feud. c. 3. n. 2.

## II.

Hæc pro ratione rerum quæ in Emphyteusin dantur, in  
ciuilem seu priuatam, & ecclesiasticam diuiditur e.

- e tot. st. C. de iur. emphyt. Nou. 7. de non alien. aut. permis. reb. eccles.
- f Ves in paratt. ff. se ag. velt. pet. n. 2.

## III.

Ecclesiastica est, quando res ecclesiæ aliarum uè domu-  
um & collegiorum venerabilium ab oeconomico alijsq; ad-  
ministratoribus cum causæ cognitione in emphyteusin dan-  
tur f.

- f d. Nou. 7. E Nou. 120. Auth. se quas ruinæ C. d. SS. eccles.

## IV.

Ciuilis siue priuata dicitur, quando vniuersitas secula-  
ris, vel priuatus quispiam rem suam immobilem in emphy-  
teusin concedit g.

- g d. l. i. E tot. st. C. de iur. emphyt. l. i. E tot. st. ff. se ag. velt. pet.

## V.

Consistit in rebus soli, non autem ædibus siue rebus  
mobilibus h.

- h d. l. i. ff. se ag. velt. pet. d. § ad eo Inst. de loc. E cond. l. se cum 66. in pr.  
de eiusd. Iaf. in l. i. D. h. tt.

## VI.

Constituitur mutuo contrahentium consensu, scriptura

A 2

necessa-

necessariò interueniente, siquidem absq; scriptura (nisi consuetudine fortè locialiud introductum sit) emphyteusis secundum communiorem interpp. sententiam celebrari nequeat i.

d. l. i. C. h. tt. Dn. præc. Borch. d. tr. att. f. e. n. 7. dd. in l. i. C. h. tt.

## VII.

Quoniam autem hic contractus pactis potissimum formatur, & secundum contrahentium placita variatur, pacta à contrahentibus interposita, firma illibataq; perpetua stabilitate, modis omnibus sunt custodienda k.

k. d. §. adeò Inst. de loc. f. § cond. l. i. 2. § 3. C. h. tt. l. i. ff. de pa. t. l. semper in s. p. u. l. 34. de Reg. sur.

## VIII.

Et quidem vel simpliciter, vel ad certum tempus, vel ad generationem certam, l vel deniq; in perpetuum constitui potest m.

l. l. vlt. ff. b. tt. d. Non. 120. c. 5. § 6. § licentiam.

m. d. l. i. ff. b. tt. d. §. adeò a. Inst. de loc. f. § cond. d. N. 120. c. 1. § 6. § licentiam Dn. præc. Borch. d. c. 3. n. 14. in pr. i. u. l. Clar. in §. Emphyt. quast. 28.

## IX.

Simpliciter, nulla filiorum heredumùè facta mentione, constituta, non modo ad emphyteutæ filios filiasuè, nepotes nepotesue, reliquosq; descendentes, verum etiam ad extraneos heredes transit, si ciuilis fuerit n.

n. Dn. præc. Borch. d. c. 3. n. 14. in pr. i. u. l. Clar. in §. Emphyt. quast. 28.

## X.

Si ecclesiastica, descendentes tantum, non verò extranei vsq; ad præfinitum tempus admittuntur, quibus defientibus ad ecclasiam reuertitur o.

o. d. Non. 120. § d. Non. 7. Dn. præc. Borch. d. loc. I. u. l. Clar. d. loc. C. u. a. r. o. l. b. 2. S. a. r. r. e. s. o. l. c. 18.

## XI.

Emphyteusis ciuilis ad certum tempus concessa, ad quoscunq; heredes, tam extraneos quam descendentes, intra præscriptum tempus deuoluitur p.

p. Dn. præc. Borch. d. loc. I. u. l. Clar. d. loc.

Concessa.

## XII.

Concessa verò ad certam generationem, siue sit ciuilis  
siue ecclesiastica, concessionis tenore eò vsq; durat quam-  
diu generatio, & ad solos descendentes transfertur *q.*

*q. Iul. Clar. d. loc. quæst. 28. § 34. Dn. præc. Borch. d. loc. n. 16.*

188

## XIII.

In perpetuum vtraq; emphyteusis constituta, si pro se  
& filijs sit accepta, ad solos descendentes, *r* Sin verò pro se  
& heredibus quibuscumq; etiam ad extraneos extenditur *s.*

*r. Iul. Clar. d. §. quæst. 28. n. 4. Cuar. lib. 2. Gar. resol. c. 18.*

*s. Anton. Gabr. Rom. lib. 6. comm. conclus. Tit. de V. S. conclus. 4. Dn. præc. Borch. d. loc. n. 17.*

## XIV.

Quod si de periculo, commodo, casuue fortuito rei in  
emphyteusin datæ, eiusq; interitu quid inter contrahentes  
conuenerit, id ratum habendum, ac firmiter obseruari de-  
bet *t.*

*t. d. §. adeò Inst. de loc. § cond. d. l. i. § 3. C. h. tt.*

## XV.

Sin minus, & tota rei substantia perierit, damnum illud  
ad dominum spectabit, si verò pars aliqua lædatur, hoc em-  
phyteuticarius suis partibus adscribet *u.*

*u. d. §. adeò Inst. de loc. § cond. d. l. i. Vers. ita Et si interdum C. h. tt.  
Andr. Geill. lib. 2. pract. obs. 23. n. 22. § seqq.*

## XVI.

Et sicut omne incrementum, siue appareat, siue lateat,  
ad emphyteutam pertinet, ita quoq; ex diuerso pensio pro-  
pter sterilitatem, aut incursum hostium belliq; calamitatem  
(nisi tota rei substantia perierit) non remittetur *vv.*

*vv. d. l. i. C. h. tt. § sibi DD. argumento l. secundum naturam de Reg.  
sur. § Tit. de legit. patron. tut. Dn. præc. Borch. d. loc. n. 12. § 13.*

## XVII.

Taleq; augmentum siue incrementum contingens absq;  
nouo aliquo pensionis onere emphyteuticario cedit *x.*

*x. d. l. i. § sibi DD. C. h. tt. arg. d. l. secundum naturam de Reg. ii. § Tit.  
Inst. d. leg. pat. tut. Ferrar. in l. i. C. h. tt.*

A 3

Porro

XVIII.

Porro emphyteuta quamuis vsumfructum consequatur, y non tamen idcircò liberam alienandi irrequisito domino potestatem habet *Z*.

*y c. 8. n. i. in quib. caus. f. eud. amitt. Dn. præc. Borch. d. trahit. f. eud. c. 3. n. 5.  
z l. 3. C. b. se. Iul. Clär. d. §. quas. 13. n. 1.*

XIX.

Adeò euim vendere irrequisito domino emphyteus in prohibitum est, vt priuationis poena in transgressorem statuta sit *a*.

*a d. l. 3. C. b. tt. § ibi DD. Gloß. in l. Vlt. C. cod. c. potuit ext. locat.*

XX.

Quinimò nec meliorationes suas, quæ græcè εμπορήσα<sup>ται</sup> dicuntur, sine voluntate domini alienare emphyteuta potest, nisi idem amissionis velit subire periculum *b*.

*b d. l. 3. C. b. tt.*

XXI.

Ideòq; emphyteuta venditurus ius suum, domino prius id denunciare, preciumq; quod ab alio reuera habere potest, significare cogitur, qui si id precij offerat omnibus alijs emptoribus præferendus est *c*.

*c d. l. 3. C. b. tt. d. c. potuit Dn. præc. Borch. d. loc. n. 36.*

XXII.

Quod si Dominus intra duos menses voluntatem suam non declarauerit, & emere supersederit, emphyteutę liberę, cui volet, vendendi facultatem iurę concedunt *d*.

*d d. l. 3. C. b. tt. Dn. præcep. Borch. d. loc. n. 36.*

XXIII.

Et dominus emptorem modo non sit prohibita, aut diu- rioris conditionis persona, suscipere tenetur *e*.

*e dictis sam. textibus.*

XXIV.

Pro qua susceptione concessioneq; laudemium seu lau- dominium quod græcè εἰδενήνον vocant, id est quinquagesi- mam partem præcij, vel estimationis rei venditę, pro cuiusq; loci consuetudine domino soluet *f*.

*f d. b.*

f d.l.3. Vers. & ne auaricia C.b.tt. Dn.præc. Borch.d.loc.n. 39. & seqq.  
XXV.

Cæterum pignori dare, g donare, h legare, seruitutem fundo vectigali imponere, etiam non impetrato domini consensu, minimè prohibetur i.

g l. lex Vectigal. 31. ff de pignor. gloß. in l.fin. C.b.tt.

h l.i.C. de fund. patrim.

i Iul. Clar.d. §. quest. 21. Dn Borch.d. loc.n. 43. circ. fin.

## XXVI.

Finitur emphyteusis vel ob emphyteutæ culpam vel si-  
ne culpa. XXVII.

Ob culpam ipso iure amittit, si cessarit canonem solue-  
re laico domino per integrum triennium, k ecclesiæ verò  
per biennium, l item si apochas fiscales domino non reddi-  
derit, m & fundum deteriorem fecerit n.

k d.l.2. C.b.tt. l d. Nou. 7. c. potuit ext. locat.

m d.l.2. C.b.tt. n Auth. qui rem & ibi DD C.de SS. Eccles.

## XXVIII.

Adeò, vt ne quicquam meliorationis nomine repetere,  
nec moram commissam celeri satisfactione purgare possit,  
ad poenam euitandam o.

o Ias. in d.l.2.n.80. & seqq. per d.l.2. Verb. omnino.

## XXIX.

Vt tamen emphyteuta expellatur iudicis auctoritatem  
requirimus p.

p l. se quis in tantam 7. C. Ende Si vid. Dn.præc. Borch.d. loc.n. 30. & bī  
hanc sententiam multorum auctoritatibus comprobat.

## XXX.

Sanè deiectionis periculum non metuet, si iusto tem-  
pore canonem oblatum, quem dominus accipere repudiavit,  
attestatione præmissa obsignatum depoluerit q.

q d.l.2. in fin. C.b.tt.

## XXXI.

Verum si heres ignorans rem esse emphyteuticam, cano-  
nem iuxta leges non soluerit, ius quidem suum amittit, sed  
ex causa ei ob iustum errorem subueniendum arbitramur r.

r Gloß.

*Glossia l.2. in Verb. legem C.h.tt.l.i. ff. ex quib. caus. mat.*

**XXXII.**

Sine culpa emphyteutæ finitur emphyteusis, præscrip-  
tione, s' finita generatione, & tempore ad quod con-  
stituta erat elapso *u.*

*f. Iasian. ad l.2. C.h.tt. n. 72. E 156.*

*g. Spec. de emphyt. n. 130° cum seqq.*

*u. Iul. Clar. d. S. quast. 43. n. 1. V Ves. in Parat. ff. h.tt. n. 61.*

**XXXIII.**

Actio ex hoc contractu nominata nulla datur, ideoq;  
ex lege Zenoniana, & canone Gregoriano agendum, item  
alia nonnulla remedia competere, concludimus *vv.*

*gg. l.1. C.h.tt. iunct. l. Enic. ff. de condit. ex lege ubi E Bart. Salic. en  
d. l. 1. C. cod.*

*Coroll.*

**H**eres vel successor emphyteutæ qui pacto  
continetur, non tenetur recognitionem,  
seu restitutionem à domino impetrare, si ca-  
nonem quotannis soluat.



**ULB Halle**  
003 338 150

3



TA-02

VD 77





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-329915-p0012-3

DFG

**Farbkarte #13**

**B.I.G.**

